

3836.

[1344]<sup>\*)</sup>

Förteckning på Vicariæ eller Präbendæ vid Upsala domkyrka, med underrättelse om deras stiftelse, uppgift på deras gods och inkomster samt innehafvarnes ålligganden i afseende på messor m. m.

Registr. Eccl. Upsal. perg. p. 19—24. b. (fol. 24—27. v.)

Prima vicaria est ista quam dominus bero instituit <sup>\*\*) in ecclesia vpsalensi cuius predia sunt ista videlicet in grenbergum marcha terre Jtem vnum fallaland (!) in agris billungi, quod fiallaland domini petri sacriste temporibus permutatum fuit in aliud fallaland in grenberghum attinenti archiepiscopo, Jtem possedit prebenda in niuile X. oras cum duobus solidis terre Jn floastum quinque oras terre et tria molendina in domo vna Jn parochia vengium in almby decem solidos terre Jn ladhuby XIX denarios terre cum dimidio Jn nyaby oram terre Jn ernatunum quinque solidos terre in resbohundæri in hufi solidum terre in vestraberghum solidum terre in skæki solidum terre Jtem in prato malmoængh. septem stangafal cum dimidio per totum pratum Hec scripta fuerunt tempore domini petri sacriste post huius mortem in scriptura facta super prediis prebende non est inuenta ora terre in nyaby sed quatuor solidi terre in villa thorcarlaby parochia vaxal Set annò domini M<sup>o</sup> CCC<sup>o</sup> secundo circa octauam natuitatis beate virginis hec fuerunt predia prebende predicte scilicet. curia grenberghum cum molendino illic constructo sub qua est marcha terre, vnum fallaland in agris eiusdem ville Jtem septem stangafal cum dimidio per totum pratum in malmboengh Jtem in niuile XIII ore terre et duo fallaland empta de ecclesia vengium et rørico krocneff, pro decem marchis denariorum, computata sunt ad dicta fallaland, pro tribus solidis terre. in floastum quinque ore terre Jn nyaby due ore terre cum dimidia ora terre Jn laduby XIX. denarii terre cum dimidio denario terre Jn ekiby vengium quinque solidi terre Jn lundby. vengium vnus solidus terre Summa omnium, tres marche cum VII oris terre cum II solidis et dimidio et VIII denariis terre cum dimidio de ista percipit prebendatus in anno XXX marchas denariorum item XIII ore terre in büstom parochie vibohæradh de quibus percipit VII pund annone item I opidum de quo percipit prebendatus XII oras item I marcha terre in ballinxtom de qua percipit pre-</sup>

<sup>\*)</sup> Årtalet finnes ej utsatt i denna förteckning, hvilken för en del af de äldre præbendena synes grunda sig på Rotuli eller anteckningar från åren 1301 och 1302. Men då åtskilliga här upptagna egen-domar tillfallit domkyrkan efter dessa år och då förteckningen följer omedelbart efter den föregående (N:o 3835) och är skrifven af samma hand, kan man icke betvifla att den angifver förhållandet vid samma tid eller år 1344. Hvad som i första noten vid nästföregående Förteckning (N:o 3835) anmärkes, gäller äfven här.

<sup>\*\*) I brädden är med senare hand skrifvet: *De huius fundacione vide supra folio V:to* [Sv. Dipl. N:o 3835, pag. 305], et *infra folio CXL<sup>o</sup> tenor* [Sv. Dipl. N:o 876].</sup>

*bendatus V pund annone, Item percipit prebendatus de yconomy XXIII marcas\*) et tenetur ad tres missas pro defunctis pro anima fundatoris in quolibet septimana per annum quatuor dimitaxat exceptis scilicet. ebdomada penosa ante pascha. ebdomada pasche. ebdomada pentecostes. et ebdomada natalis domini \*\*) Istam tenet dominus olauus holmstani, \*\*\*) post eum dominus magister kanutus caroli, post eum dominus magister jacobus vphonis factus archiepiscopus vpsalensis.*

Secunda †) vicaria in ecclesia vpsalensi fuit fundata per dominum iohannem odholphi archidyaconum de prediis infrascriptis videlicet in sculhamar XXIII oris terre. Jn sæby parochia walendatunum X solidis cum dimidio Jn parochia solendathunum villa skelby X. denariis terre Jn arby parochia fresta VIII solidis terre. cum quinque denariis Item in parochia tæby in fellabro II solidis terre Jn fitium quatuor solidis terre Jn rithningi VIII solidis terre cum decem denariis terre Jn arnungi XII denariis terre cum dimidio Jn løtungi dimidius solidus terre, insula tota dicta betherni Et nota quod vna ora terre de XXIII in sculhambri eciam per sentenciam fuit adiudicata rustico vicino in skulhambri. et reaccepit prebenda loco illius ore terre in vallum oram terre et in esliby dimidium solidum terre Item attinebant dicte prebende a primaria fundacione curia dicta kiular sub qua fuerant due marche terre, cum VIII solidis terre Item in vichby XII ore terre Jn lithby XII ore terre Jn litlingi, II. solidi terre et ista de loco suo permutata sunt scilicet. quinque marche terre cum X. solidis terre ad annonam vero computata sunt IIII marche cum X solidis terre Loco istorum habet prebenda anno domini M<sup>o</sup> CCC<sup>o</sup> primo, in sæby parochia danmarkum XX. oras terre in sæwium oram terre, in villinge quatuor solidos Jn kumblum VII solidos terre Jn fellabro II solidos terre in sæby valendatunum sex solidos terre minus duobus denariis et dimidio in bellistum VIII solidos terre Jn husum parochia garn XIX solidos cum dimidio in carlaby parochia østby II solidos terre Jn thorsholmi parochia frøsundi quatuor solidos terre Supradicta prediorum conscripcio in magna parte attinet mense archiepiscopali.

Tercia vicaria fuit instituta per dominum salomonem in ecclesia vpsalensi de prediis, videlicet curia kiældebiærghir, sub qua tunc erant tres marche terre

\*) Detta nyare tillägg af hand från 1400-talets sista hälft är skrifvet i bladets nedra kant och bit insigneradt.

\*\*) Tillägget af betydligt yngre hand.

\*\*\*) Det följande af hand från slutet af 1400-talet.

†) Med nyare hand i brädden: *De huius fundacione eciam supra folio VII* [Sv. Dipl. N:o 3835, pag. 306] *et infra folio XLIX* [Sv. Dipl. N:o 1745].

terre cum vno solido terre Jtem curia biergby sub qua tunc erant XVIII ore terre cum vno solido terre et hee curie cum omnibus bonis mobilibus et inmobilibus assignate et tradite fuerant Jtem in hufi resbohundære nouem ore terre cum quatuor denariis terre vna cum domibus et attinenciis eiusdem Jtem in seke vaxald marcha terre cum domibus illie constructis Jtem in gelum olande XVI solidi terre Jn skiepthamar octo solidi terre Jn skechi resbohundæri sex solidi terre cum dimidio Jn græni ora terre Et insuper medietas fundi atque domorum spectancium ad curiam per ipsum dominum salomonem constructam vpsalie valencia(!!) duas oras terre Tempore quo prefuit dicte prebende dominus haquinus presbiter de tensta permutabantur due ore terre de skepthamar ad curiam kiellabierghir, tunc eciam magister andreas quandocunque prepositus vpsalensis habuit IX oras terre cum quatuor denariis terre in huffi et restituit in echi vaxald tandem dominus nicolaus archiepiscopus permutauit oram terre in græni in duos solidos terre ad villam skeche, et vnum solidum terre iuxta kiellabiergir in apastum Jdem eciam dominus archiepiscopus persoluit ecclesie tunum in olandia in blaestadhuni solidum terre quem perceperat dominus salomon in bierghby pro quo non satisfecerat, Super ista solucione recepta fuerant parochianorum ibidem iuramenta, pro medietate vero fundi recepti per fabricam de dicta prebenda, tenetur habere prebenda a fabrica ecclesie II oras terre estimatas ad XII marchas deniorum Jtem XVI solidi de gelum permutati fuerant, pro quibus nunc habet prebenda quinque solidos terre in biergby et XI solidos terre in vitastum Anno \*) dominii Millesimo CCC<sup>o</sup> secundo circa octauam nativitatis beate virginis ad hanc prebendam pertinebant predia infrascripta primum villa tota kellabiærghe sub qua sunt tres marche cum VII solidis terre Jtem tota villa biergby sub qua sunt XX ore terre Jn hapustum dimidia ora terre Jn vitastum vndecim solidi terre Jn skiepthambri duo solidi terre Jn skieki resbohundæri octo solidi cum dimidio Jn eki vaxald XVII ore terre cum quatuor denariis terre Jn greni resbohundæri ora terre Jn ørby duo solidi terre cum dimidio Summa \*\*) IX marche terre cum duobus solidis et dimidio et quatuor denarii terre et quia dominus nicolaus archiepiscopus permutauit cum petro de sæthunum et suis fratribus de dictis prediis in eki ad XII oras terre cum quatuor denariis Jdeo eidem prebende de consensu capituli reassignauit XII oras terre cum IIII denariis terre in forsi parochia høkhofudh et percipit prebendatus in anno XX octo marchas et tenetur ad tres missas

\*) I brädden är här med senare hand skrifvet: *Nota hic incipe legere.*

\*\*) I brädden är med senare hand tecknad: *Summa prediorum.*

in septimana scilicet. vnam de trinitate aliam de domina et terciam pro defunctis pro anima fundatoris \*) *Jn ista prebenda post dominum tyrghillum successit dominus nicolaus laurencii anno domini MCDXII, \*\*) postea tenuit eam magister magnus thome sacrista Anno domini MCDLIII<sup>o</sup>.*

Quartam vicariam in ecclesia vpsalensi instituerunt domini benedictus episcopus lincensis karolus erlendi canonicus israel petri prepositus vpsalensis de prediis infrascriptis scilicet. in staff færingøum tribus marchis terre cum sex oris terre et quinque denariis terre *Jtem in ballinxatum tribus marchis terre cum molendino iuxta adelestum \*\*\*)* *Jtem in hambrum XII oris terre et in villa vicina illic scilicet. aluestrum XVI solidis terre in parochia botuidakirku duas marchas terre cum IIII solidis terre †) et percipit prebendatus XX octo marchas qui tenetur in septimana ad tres missas pro defunctis pro anima fundatorum *Jtem dimidia marcha terre in hwaristom parrochie fræslunda de qua percipit prebendatus XII modios annone ††)* *Jstam prebendam tenuit dominus bero iohannis anno domini MCDXIX, et postea dominus nicolaus thome sacrista obiit anno domini MCDXLVIII, jtem dominus henricus olaui tenet eam anno domini MCDLIII<sup>o</sup>, jtem post eum tenuit prebendam dominus ericus iohannis Anno domini etcetera LXIII.**

Quintam vicariam in ecclesia vpsalensi fundauit dominus iacobus archiepiscopus de prediis infrascriptis videlicet in parochia ringbohæredhi in villa skiælby manso cum domibus et vtensilibus omnibus sub quo erant due marche terre cum duobus solidis terre *Jn kunungaby XVI solidis terre cum quatuor denariis terre Jn bergby vna ora terre Jn viby XII denariis terre Jn hastadum solido terre de supradictis prediis pensio annone prouenit in vikby quinque solidis terre et de istorum quolibet soluuntur XX tantum denarii de solido. et valet solidus XX oris denariorum *Jtem habuit prebenda de primaria institutione in parochia østunum villa ofeke I solidum terre Jtem in parochia carlunxkirku villa sytraiarsø XVII solidos terre cum II denariis terre in nyrraiarsø vndecim solidos terre cum II denariis *Jtem illic est molendinum super vrifæl constructum Sed quia predia suprimo posita omnia de loco suo permutata fuerunt cum magistro andrea quandocunque preposito vpsalensi ipse restituit predia subscripta videlicet in vlnu parochia riud decem oras***

\*) Tillägget börjas med hand från 1400-talets första hälft.

\*\*) Härlif från med ännu yngre hand.

\*\*\*) I brädden är med senare hand antecknad och hit insigneradt: XLV [Sv. Dipl. N:o 1222] et CII folio [Sv. Dipl. N:o 2474].

†) Orden: »duas marchas terre cum IIII solidis terre« äro öfverstrukna.

††) Föregående tillägg är i brädden skrifvet med hand från 1400-talet. De följande anteckningarna äro af tre eller fyra olika händer.

terre, in nyaby iuxta antiquam vpsaliam vndecim oras terre Jn runø parochia akir quatuor solidos terre cum quatuor denariis et dimidio Jn ranestum parochia grytum dimidiam marcham terre Summa restitutorum tres marche cum VII solidis terre cum quatuor denariis et dimidio de quibus XXII ore cum solido soluunt annonam Post ista dominus archiepiscopus preedium in runø propter vicinitatem quam habet cum tunir. applicauit illud mense archiepiscopali et restituit prebende in parochia riudh iuxta ternasund villa sundby tres solidos cum dimidio et in grenhambri illic iuxta solidum terre hec postmodum venerunt a staff færingaøum Quum permutacio facta fuit prediorum de villa skielby tunc domus et vtensilia et supellectilis tota computata, estimata erant ad XLIII marchas denariorum cum dimidia restitucio vero facta prebende, primum domus in nyaby estimate pro XIII. marchis denariorum Item quinque solidi terre in parochia veteris vpsalie villa enistum quinque solidi pro decem marchis denariorum Item ibidem I solidus terre pro quibus debet habere romscuth II. marchas denariorum Anno domini Millesimo CCC<sup>o</sup> secundo circa natuitatem beate virginis attinebant predia subscripta eidem prebende scilicet domini iacobi archiepiscopi in staf færingaøium XIII ore terre cum X. denariis terre Item in vlnu parochia riudh X. ore terre, Jn karlunxkirkiu villa sudraiorsio XVII solidi terre cum II denariis terre Jn norraiorsio XI solidi terre cum II. denariis terre Item ibidem molendinum constructum super vrfael Item in enistum parochia veteris vpsalie quinque solidi terre in ranastum parochia grytum dimidiam (!) marcham terre de istis percipit in anno vicarius XX sex marchas denariorum et tenetur ad tres missas in septimana scilicet. vnam de sancto spiritu aliam de domina et terciam pro anima fundatoris.

Sextam \*) prebendam instituit dominus magnus jonson primum in sko de prediis infrascriptis scilicet. de curiis frøsakir et fullabro, cum molendino ibidem et insula lisø necnon preedium in fallanes que postmodum translata est \*\*) ad ecclesiam vpsalensem et tenetur prebendatus in septimana bis ad vigilias IX lectionum et bis ad septem psalmos et ad quatuor missas vnam ad quam sua duxerit deuocio. aliam de domina. et ad duas pro defunctis pro anima fundatoris et percipit prebendatus in Anno XL octo marchas denariorum \*\*\*) *Istam tenet dominus petrus andree. cui successit dominus petrus laurencii de gestricia.*

\*) I brädden med senare hand: *Tenor fundacionis folio LXXXIII* [Sv. Dipl. N:o 1049].

\*\*) I brädden med senare hand: *Tenor translacionis ad vpsaliam folio LVIII* [Sv. Dipl. N:o 1224].

\*\*\*) Det följande tillägget af tvenne olika händer från 1400-talet.

Septimam prebendam instituit dominus nicolaus archiepiscopus de censu siue de voto beati olaui quod fertur vpsaliam de quo percipit prebendatus XL marchas denariorum et tenetur ad quatuor missas in Auno scilicet. vnam de sancto olauo. aliam de sancto erico. terciam pro viatoribus. et quartam pro defunctis generaliter Sed quia postmodum auta fuit prebenda per archiepiscopum et capitulum de nouem oris terre in vllathunum parochie trinitatis quas iohannes karlsson de østirby legauit ecclesie vpsalensi de quibus prebendatus percipit septem talenta annone cum duobus modiis annone oneratus fuit per vnam missam pro defunctis in qualibet septimana pro anima iohannis supradicti dum decesserit \*) *Jstam tenet dominus ericus ingemari sacrista que postea facta est canonia et tenet eam conradus rogne anno domini MCCCCXLIX. sed anno domini MCDLXIIII tenuit eam magister ericus olaui.*

Octauam instituit dominus olaus archidyaconus que postmodum fuit auta per dominum vphonem curatum in thanum cum prediis infrascriptis scilicet. duabus marchis terre in villis bæreste et ionungi parochia stabby in olandia cum duabus oris terre in biærgum ac dimidia ora in hamarby ac dimidia ora in hugby et tenetur prebendatus ad tres missas in ebdomada scilicet. ad vnam de domina et aliam de trinitate ac terciam pro defunctis et percipit triginta marchas denariorum in anno \*\*) *Jstam prebendam tenet dominus laurencius stunte.*

Nonam prebendam fundauit dominus laurencius decanus \*\*\*) de prediis infra scriptis scilicet. vno vrfiel in sørisengh qui permutabatur in vnam marcham terre cum vno solido in sundusum parochia trinitatis Jtem de IX oris terre duobus denariis minus in grillaby parochia vilabiærgum Jtem de XI solidis terre in veppy parochia østhunum Jtem de sex oris terre cum dimidia et domibus ibidem villa saëby parochia wadsundum Jtem de octo solidis cum dimidio terre in finsta parochia vengium Jtem de octo solidis terre villa †) parochia riudh prope sictuniam et tenetur prebendatus ad tres missas in septimana scilicet. vnam de domina aliam de sancto laurecio et terciam pro defunctis pro anima fundatoris et percipit XXVIII marchas denariorum in anno. ††) *Jstam prebendam tenet dominus nicolaus alueri.*

\*) Tillägget med tre olika stilar från 1400-talet.

\*\*) Det följande tillägget med hand från 1400-talet.

\*\*\*) Här har en senare hand skrifvit ovan raden: »et Laurencius canonicus nepos eiusdem domini decani« hvilka ord åter blifvit överstrukna. — I brädden med nyare hand: *Tenor fundacionis habetur infra folio LXVII<sup>o</sup> [Sv. Dipl. N:o 1683].*

†) Tomt rum är lemnadt för gårdens namn.

††) Det följande tillägget med hand från 1400-talet.

Decimam prebendam fundauit \*) dominus byrgerus vplandiarum legifer de prediis infrascriptis scilicet. quatuordecim oris terre cum dimidia in malmø et suinalundum sudhermannie et vna marcha terre sigualstadhum in norund et tenetur prebendatus ad tres missas in septimana scilicet. vnam de trinitate aliam de domina et terciam pro defunctis pro anima fundatoris et percipit viginti sex marchas in anno. \*\*) Et postmodum fuit augmentata per dominam helenam israelsdotter. condam consortem domini karoli wlfsson de thøptom militis et vplandiarum legiferi. de XVIII. oris terre in villa lukasta parochia husabyœrnævi. de quibus percipit prebendatus .VI. marchas deniorum. \*\*\*) Bona in malmø et swinalundom fuerunt permutata ad XIIIII oras cum dimidia ora in villa ekeby parochia danmarka vt habetur jntra folio CCXCII. \*\*\*\*) Istan prebendam tenet dominus laurencius gøzstani.

Vndeclimam prebendam fundauit †) dominus waldemarus dux de prediis infra scriptis. scilicet. de quatuor marchis terre in villa arus prope stokholm in parochia wantør et .XIII. oris terre in villa ekeby parochia bondaculla et tenetur prebendatus ad quatuor missas in septimana pro defunctis pro anima fundatoris. ††) Istan tenet dominus ewerardus. iam magister tydemanus lodouici.

Duodecimam prebendam fundauit dominus olauus sapiens de forsum archiepiscopus vpsalensis de insula arxø siue prediis in fiaby et kidlinge. que conquisiuit mense archiepiscopi. et tenetur prebendatus ad tres missas in septimana scilicet. vnam de domina et duas pro defunctis pro anima fundatoris et percipit triginta marchas deniorum in anno.

Tredecimam prebendam fundauit dominus siggo curatus in vendil de prediis infra scriptis †††) scilicet vna marcha cum II. solidis terre in villa køkingi parochia scutunge Jtem XIII. oris cum I. solido in bodhistum parochia belling Jtem XIIIII. oris cum dimidia in thyristum parochia akirby et tenetur prebendatus ad tres missas scilicet. vnam de trinitate et beata virgine vicissim et ad duas pro defunctis et percipit in anno XXVIII marchas prebendatus.

\*) I brädden är senare anmärkt: *Fundacionis tenor folio LXX* [Sv. Dipl. N:o 2309] *ibi dicitur XV ore cum dimidia. Vide eciam testamentum folio LXXIII<sup>o</sup>* [Sv. Dipl. N:o 2586].

\*\*) Följande tillägg med hand från slutet af 1300- eller början af 1400-talet.

\*\*\*) Härifrån med annan något yngre hand.

\*\*\*\*) Afser ett bytesbref utgivet af Birger Jonsson Jooph d. 1 April 1349. Det följande tillägget af yngre hand.

†) I brädden med nyare hand: *Vide quendam tenorem jntra CI<sup>o</sup>.* [Sv. Dipl. N:o 2745].

††) Det följande af 2:ne händer från slutet af 1400-talet.

†††) Det följande rörande denna præbenda är skrifvet med en annan, men samtidig hand. — I brädden med senare hand: *Jam est canonica lydhistorum.*

Quartamdecimam prebendam \*) fundauit dominus ingualdus curatus in akirby de prediis infra scriptis scilicet. vndecim oris terre in awrstum parochia Jumakil Jtem de decem solidis terre in holmastum ibidem Jtem de dimidia marcha terre in kroxsta parochia akirby Jtem de IX solidis cum dimidio terre in biaerghum ibidem Jtem de decem solidis terre cum dimidio in achirby Jtem de quatuor solidis terre cum dimidio in carlaby parochia belling Jtem de dimidia ora terre in lydistum ibidem Jtem de duobus solidis cum dimidio \*\*) in gystum ibidem et tribus oris terre in broby et tenetur prebendatus ad tres missas in septimana scilicet. vnam de trinitate aliam de domina et terciam pro defunctis pro anima fundatoris. \*\*\*) *Hanc autem prebendam augmentauit dominus ødhinus canonicus vpsalensis sub forma que inferius continetur Vniuersis presentes litteras inspecturis hemmingus &c. †)* Istam prebendam tenet nicolaus olaui dacus, et percipit XXVI marchas denariorum et IIII pund annone Hanc tenet dominus olaus olaui anno domini MCDLXIII.

††) *Vna post dominum aruidum gøtzstafson.*

*Vna post dominum N[icolaum] abiornason istam tenet dominus matthias petri.*

*Item vna prebenda post thyrnerum karlsson, istam prebendam tenet dominus karolus de biriom.*

*Alia domini stenonis benedictsson istam tenet dominus laurencius petri.*

*Item prebenda domini karoli de töptom.*

*Prebenda domini henrici archiepiscopi vpsalensis istam tenet dominus iacobus de wendill.*

*Prebenda petri aleunninghia istam tenet dominus martinus et percipit de yecono mo XV marchas.*

*Prebenda domini siguasti olaui canonici istam tenet dominus nicolaus olaui...*

*Prebenda gertrudis kanstens.*

*Prebenda cristine skyrbytte.*

\*) I brädden står med stil från slutet af 1400-talet: *Hanc tenet magister johannes holmberni.*

\*\*) Vid detta ord, som slutar sista raden på sidan, står med nyare hand skrifvet: »hic verte folium», på det läsaren icke måtte förvillas af de nedanför i senare tid inskrifna raderna rörande de personer, som innehäft denna præbenda.

\*\*\*) Det följande senare tillagdt af samma hand.

†) Detta bref af Årkebiskop Hemming, dateradt d. 5 Juni 1347, hvilket på sitt ställe kommer att intagas i Diplomatarium, är till en del inskrifvet vid nedra kanten af bladet och marginalen. Det följande tillägget är skrifvet af 2 eller 3 olika händer från 1400-talet nedanför ursprungliga texten å bladets första sida.

††) De följande korteligen uppräknade præbendæ äro alla skrifna af en hand från slutet af 14:de eller början af 15:de seklet. Anteckningarne om deras innehafvare äro tillagda af en annan något yngre hand.